

1525. primis Octobris

Andreas Cricius episcopus Premislensis,  
Petro Tomicio episcopo Cracoviensi  
si regni Poloniae vicancellario.

96

Reverendissime in Christo pater et domine,  
domine mi colendissime. Reddita sunt  
michi hac nocte preterita litere vestre dominationis  
reverendissime, unã cum his literis domini Brodenici,  
quæ me magna solitudine affecerunt, ita ut hæc è vestigio  
ad illam scribere sim coactus. Quanta sint illius  
menta erga maiestatem regiam, quanta erga nos  
fides et propensio, vestra dominatio reverendissima  
non ignorat. Is nunc opem nostram implorat,  
nunc occasio est et maiestati regie et nobis,  
promissis satisfacere, et illum nobis hoc beneficio  
obstringere. Res fortasse videtur iam neglecta,  
ut aut ille hætenus, aut aliquis alter prævaluit,  
tamen præstandum esset officium in omnem eventum,  
erga hominem merentissimum. Reliqui ego apud  
vestram dominationem reverendissimam eius  
iuram, rogaviq; uti eius literas quasunque  
semper aperiret, cum illi videatur et ad  
maiestatem regiam, et ad vestram dominationem  
reverendissimam scribere, cum ad me scribat.  
Nescio autem quare has illius literas  
clausas mihi miserit, in quibus cum

infra

1821  
cifra caream, nescio quid scribat, hoc unum  
tamen conicio, illum agere de officio, ad quod  
nemo illo est dignior et nobis utilior. For-  
tasse id fit instinctu domini archiepiscopi,  
qui hunc morem habet, ut quotiescunque  
vel regina vel communitas, eius conatum im-  
pedit, suggerat auxilium nostrum imploran-  
dum. Non potui me continere quin è vesti-  
gio scriberem hæc literarum exempla, et  
mitterem vestra dominationi reverendissime  
per hunc oblatum nuntium, cui supplico  
impensè efficere dignetur, ut sacra mai-  
estas regia cum ipsis literis nuntium  
suum mitteret, nam eiusmodi officium  
illinc etiam pro reverendissima dominatio-  
ne vestra olim fuit præstitum, et etiam-  
num pro multis præstatum. Ita manus  
manu lavanda est. Si autem id efficere  
non posset, literas saltem expedire velit,  
quas vel meis impensis noster dominus  
Carolus Bononiensis ad illum mittet, quæ  
reverendissima dominatio vestra accessit ad  
se iubeat, eique cifram interpretandam de-  
mandet, habet enim illam satis cogni-  
tam, ne ipsa tantum laboris subeat. Hoc  
etiam atque etiam vestram dominationem  
reverendissimam rogo, et supplico. Pudet ei-  
nim me, cum ille nobis tam ea animo  
serviat, et in nobis multum confidat, non  
adesse nos illi cum res exigit. Litera

fient

fient haud dubie non ingrato domino archiepiscopo, sive iam dignitati et quieti suae consulere instituit, sive adhuc his fumis involutus teneatur.

Terruit me nimium vestra dominatio reverendissima, quod ad festum sancti Martini habenda sit conventio, et eo magis quod se resire scribat, quo in loco statuetur, et hic fama est constans Torunij futurum. Confeui enim equos meos continuis per diacasim meam itineribus. Considerans autem tempus iam esse valde angustum ad scribendas et dimittendas per regnum tot literas conuenticuales, scripsi mox acceptis literis vestrae dominationis reverendissimae, et non expectato illius nuntio quem se missurum scribit, per hunc qui mihi tunc obtigit mittendas curavi, ne quae esset negligentia, quae semper officialibus impingi solet. Non visum est etiam ipsas literas prolixis verbis, praesertim eandem cantilenam canendo, extendere, unde nihil aliud commodi, nisi labor inanis notatorum, et mora longior provenire solet. Facilis erit factio, si quid necessarium videbitur. Reliquum quod erit scribendum, mittam citra moram per nuntium reverendissimae dominationis vestrae.

Constitueram hodie hinc versus Briozow

solvere

soluere, sed rogor ad diem Luna subi:  
stere, quod dominus Tamoviensis ad me  
huc inuisendum veniat. Me vestra domi:  
nationi reverendissima humiliter commen:  
do. Ex Radimno Sabbato post festum  
sancti Francis, anno Domini millesi:  
mo quingentesimo vigesimo quinto.